



Iesus, Maria, Ioseph, cum DD. Tutelaribus.

PRO
ILLVST. MARCHIONE
DE RVPIT, VICECOMITE
DE IOCH.
CONTRA
ILLVSTREM DON FELICEM DE
MARIMON DE CONSILIO SVÆ
Magestatis in Supremo Aragonum.
RELATORE MAGNIFICO VINCENCIO
Sabater Regio Consiliario dignissimo.
Not. Rufasta.



GREGIVS Dominus Don
Petrus de Perapertussa, & de
Erill, Vicecomes de Ioch, do-
minus, & possessor medieta-
tis Baronię de Gelida, & per-
tinentiarum ipsius, petijt in
presenti iudicio, ei adiudicari
aliam medietatem dictę Baronię cum iurium ple-

A ni-

² nitudine, Nobilesque coniuges Don Franciscum,
& Domnam Angelam Tort condemnari ad de-
serendam vacuam, & expeditam possessionem di-
cte medietatis Baronie, & illam sibi restituendum
vna cum fructibus.

² Fundabat dictus Egregius Vicecomes Dō
Petrus suam prætensionem, dicens, dictę Baronię
fuisse verè dominam, Nobilem Domnam Annam
Violantem de Eril, & Bertran, ipsamque intesta-
tam decessisse superstibus sibi Domna Anna, &
Domna Maria de Erill, filiabus suis legitimis, &
naturalibus, & consequenter ab intestato succe-
sse dictę Domnę Annę Violanti de Erill, & Ber-
tran earum matri pro eis partibus, & portioni-
bus dictas domnam Annam, & domnam Mariam;
dictamque domnam Annam, in capitulis matri-
monialibus inhibitis, & firmatis inter ipsam, & dom-
num Henricum Despalau 21. Aprilis 1547. pro-
mississe solvere dictę domnę Marię sorori sue, pro
renuntiatione medietatis dictę Baronię ratione di-
cti intestati ad se spectantis, quam in sui favorem
fecerat, 4000. t. solvendas modo, & forma in
dictis capitulis matrimonialibus contentis, Convé-
tumque fuisse inter dictas sorores domnam An-
nam, & domnam Mariam in eisdem capitulis ma-
trimonialibus, quod in dicta Baronia, & in tota he-
reditate, & bonis dictę domnę Annę succederent
filii masculi dictę domnę Annę de legitimo, &
carnali matrimonio procreati, & quod non essent
in sacris Ordinibus constituti, nec alicuius Reli-
gionis, & descendentes illorum masculi per linea-

mas-

masculinam de uno ad alium successivè, usque ad
ultimo secundum ordinem genituræ, & in defectum
dictorum filiorum, & descendantium masculorum
succederent filii dictæ domnæ Annæ de
legitimo, & carnali matrimonio procreati, & des-
cendentes illarum de legitimo, & carnali matri-
monio procreati de uno ad alium successivè se-
cundum ordinem genituræ, & in defectum om-
nium dictorum filiorum, & filiarum, & descen-
dantium, tam masculorum, quam fœminarum il-
lorum dictæ Baronie, & hæreditas pervenisset ad
dictam dominam Mariam, aut ad suum hæredem,
vel successorem universalem.

3 Et cum dicta domna Anna ab humanis re-
cessisset, nullis filijs masculis relictis, sed aliquibus
filiis, & istæ similitèr dececessissent absque filiis,
& descendantibus legitimis, & naturalibus, & de
legitimo, & carnali matrimonio procreatibus, & di-
cta domna Maria etiam obiisset, negari non po-
terat, dicebat dictus Vicecomes Don Petrus, di-
ctam Baroniam ad se spectare, tanquam filium,
& hæredem dictæ domnæ Mariæ matris suæ, vi-
gore dicti fideicommissi in sui favorem purificati,
ob defectum omnium descendantium legitimorum,
& naturalium dictæ domnæ Annæ, quod mi-
nimè tergiversari poterat ut tam clarum, & litté-
rale.

4 Decessit postea, pendente lite, dictus Egre-
gius Vicecomes Don Petrus, per cuius obitum,
dictæ litti se opposuit Egregius Don Antonius de
Perapertussa, Vilademan, & de Cruylles, Vice-

4 comes de Ioch eius filius, qui dictam litteim profe-
quutus fuit contra dictos Nobiles coniuges Don
Franciscum, & Domnam Angelam Tort, tan-
quam possessores medietatis dictæ Baroniae, usque
ad sententiam tantum.

5 Prolata fuit dicta sententia 13. Februarij
1625. qua fuit impositum silentium dicto Egregio
Vicecomiti Don Antonio de Perapertussa in dicta
prætensione, & ab ea fuerunt ob soluti dicti Nobi-
les coniuges Don Franciscus, & Domna Angela
Tort, rationibus, & motivis in ea contentis.

6 Decessit deinde dictus Egregius Viceco-
mes Don Antonius, & cum post eius mortem, ad
notitiam dicti Illustris Marchionis de Rupit, & Vi-
cecomitis de Ioch pervenisset, dictam causam vē-
tilari in Regia Audientia, & in illa prolatam fuisse
sententiam, imponendo silentium dicto Egregio
Vicecommitti Don Antonio avo suo, dictamque
sententiam esse sibi admodum præjudicialem, &
gravatoriam, ex quo in dicta Baronia iure pro-
prio, & ex propria persona successit, & dicta
sententia sit notoriè nulla, & iniusta ex eisdem actis,
cum non fuerit cognitum, nec ius dictum super
principaliter de ductis, & probatis per dictos Egre-
gios Vicecomites Don Petrum, & Don Antonium
avum, & proavum respectivè dicti Illustri Mar-
chionis de Rupit, & alias dictus Vicecomes Don
Antonius ommiserit deducere, & allegare quam
plurima, quæ ad victoriam causæ conducebant,
ut infra plenius apparebit, à dicta sententia suppli-
cavit dictus Illustri Marchio 23. Februarij 1683. &

fi

si opus fuerit beneficio restitutionis in integrum
ex clausula generali, vel ex capite minoris aetatis
omnimodo meliori.

7 Opposuit Illustris pars alia don Felicis de
Marimon, contra dictum Illustrem Marchionem
de Rupit duas exceptiones in vim dilatorie, nimi-
rum, sine actione agis, & rei iudicatæ, Cæterum,
dictas exceptiones esse omnino insubstantes, &
nullius roboris, & efficaciam, ex infra dicendis con-
cludenter demonstrabitur.

Exceptio sine actione agis.

8 **Q**uod inutiliter, & inanè sit opposita ab
Illustri Adversante exceptio, sine
actione agis, patet manifestè, quia negari non po-
test, in, & cum dictis capitulis matrimonialibus in
hitis inter Nobilem Don Henricum Despalau, &
domnam Annam de Erill 21. Aprilis 1547. dictam
domnam Annam vinculum, & fideicommissum
apposuisse in omnibus bonis suis, & signanter in
dicta Baronia de Gelida, in favorem omnium suo-
rum descendientium, tam masculorum, quam fo-
minarum legitimorum, & naturalium, & de legi-
limo, & carnali matrimonio procreatororum, &
in illorum defectum in favorem dictæ domnæ
Mariæ de Erill eius sororis, & hæredis, seu succe-
soris vñiversalis dictæ domnæ Mariæ, nec illud
negat Illustris Adversans, nec sui antecessores ne-
garunt, cum sit litterale, nec etiam negari potest
dictum fideicommissum locum habuisse in favo-
rem

6 rem dicti Egregij Vicecomitis don Petri, cum ex
meritis processus constet defecisse omnes descen-
dentes, tam masculos, quam foeminas dictæ dom-
næ Annæ legitimos, & naturales, & de legitimo, &
carnali matrimonio procreatōs, & similiter dictam
domnam Mariam, superstite dicto Vicecomite
don Petro filio, & hærede vniuersali dictæ domnæ
Mariæ.

9 Patet etiam dictum Illustrem Marchionem
de Rupit, & Vicecomitem de Ioch successisse iu-
re proprio, & ex propria persona dicto Egregio
Vicecomiti don Petro Proavo suo; Nam suo cum
testamento, quod condidit in posse Stephani Gil-
berti Bruniquer, Not. publici Barcinonæ 17. Octo-
bris 1624. instituit hæredem suum vniuersalem di-
ctum Egregium don Antonium de Perapertussa,
Vilademan⁹, & de Cruylles, Vicecomitem de
Ioch, filium suum, & ipsi quandocumque deceden-
ti sine filijs, seu liberis substituit, & hæredes suas
vniuersales instituit, nimirūm in Baronia de Geli-
da domnā Elisabeth de Pinōs filiam suam, & in Vi-
cecomitat⁹ de Ioch, & in omnibus alijs bonis suis
domnam Mariam de Semmanat aliam filiam suam
& post illarum mortem, filios, seu liberos earum
respectivè natos, aut posthumos, scilicet si plures es-
sent, priorem natu, & deinde alios de gradu in gra-
dum, servato ordine primogenituræ præferendo
masculos, foeminis, & postea per alios gradus sub-
stitutionum transit.

10 Ex supradicta testamentaria dispositione
manifeste apparet, filios, seu liberos dicti Egregij

Vicecomitis don Antonij primi hæredis instituti
fuisse positos in conditione, & filios, seu liberos ul-
teriorum substitutorum fuisse expressè vocatos,
non simul, sed cum qualitate primogenituræ, &
prælatione masculorum, & consequenter tacite,
etiam vocatos fuisse filios, seu liberos dicti Egre-
gij Vicecomitis don Antonij, ex coniectura præ-
dilectionis inconcussè à Senatu admissa, Canc. var.
part.1. cap.1. num.99. Fontanel. tom. 1. de pactis,
claus.4. glos.24. num.7. & tom.2. claus.5. glos.10.
part.2. num.1. & num.2. ve. Secunda est, & tom.
1. decis.146. num.1. Peguer. tom.2. decis.18. num.
10. qui plures decisiones nostri Senatus referunt,
& non solum per vulgarem, sed etiam per fidei-
commisum, idem Fontanel. dict. decis.146. num.
15. & decis.147. num. 20. vbi decisiones Senatus
refert, & tom.2. decis.598.num.5. & ita novissimè,
quando casus occurrit declarat Senatus, & signan-
ter, ita declaravit referente Magnifice Iosepho
Aleny, in causa pupillorum Steve Vilefranchæ
Pœnitens, contra Theresiam Barthomeu, & Miret,
viduam dictæ Villæ Not.

ii Et licet ex supradictis appareat, filios, seu li-
beros dicti Vicecomitis don Antonij primi hære-
dis instituti, positos in condicione, fuisse vocatos,
non verò simul, sed illum tantum qui qualitatem
primogeniture obtinuerit præferendo masculos
feminis, ex quo cum eisdem qualitatibus fuerunt
vocati expressè filij, seu liberi dictarum domnæ
Elisabeth de Pinôs, & domnæ Mariæ de Semma-
nat vltiorum substitutarum, ex Font. to.2. de pact.
claus.

8

claus.5.glos.10.part.2.num.28. Et tom. 1. decis. 150.
per tot. Et præcipue num. 3. & ita etiam quotidie
observatur à Senatu.

12 Cùmque ex meritis processus constet di-
ctum Vicecommitem don Antonium hæredem
primo loco institutum, tantummodo habuisse tres
filias legitimas, & naturales vocatas domnam Ma-
riam, domnam Raphaelam, & domnam Ciciliam,
nulosque filios Masculos, nec descendentes ex eis
legitimos, & naturales ei supervixisse, dictamque
domnam Mariam fuisse natu maiorem, & sic pri-
mogenitam, sequitur, in dicta domna Maria radi-
caram fuisse qualitatem dictæ primogenituræ.

13 Et quamvis dicta domna Maria primoge-
nita non supervixisset dicto Vicecomiti don Anto-
nio patri suo primo loco hæredi instituto ; Atta-
men cum ex matrimonio , quod contraxit dicta
domna Maria cum Illustri Belgemin de Bournon-
ville, Marchione de Bournonville , & Barone de
Capra, procreatus fuerit dictus Marchio de Rupit,
& Vicecomes de Ioch, vnicus filius, & hæres dictæ
domnæ Mariæ matris suæ, negari non potest, quod
cum vocati sint filij dicti Vicecomitis Don Antonij
positi in conditione cum dicta qualitate primoge-
nituræ, ex quo cum eadem qualitate sunt vocati
expressè filij vltiorum substitutorum, vt dictum
est, statim atque quod nata fuit dicta Domna Ma-
ria, filia primogenita dicti Vicecomitis Don Anto-
nij, fuit etiam ei acquisita quædam spes certa, & in-
commutabilis, & formata ad succedendum suo lo-
co, & tempore , itavt licet evenerit, ipsam ante di-
ctum

9

Etum Vicecomitem Don Antonium patrem suum
decessisse, nihilominus dictum ius succedendi di-
cto Illustri Marchioni de Rupit, filio suo primoge-
nito transmisit, & sufficit quod ipsa aliquo tempo-
re habuerit qualitatem primogenituræ, quamvis
mortua fuerit anteaquam ei esset delata successio,
ut dictus Marchio filius suus superest tempore
evenientis successionis, ex iure proprio locum di-
ctæ dominæ Mariæ matris sue subintrando alios ex-
cludat Castillo lib.3. controv.iur. cap.19. num.222.
Valenzuel. Velazq. consil. 69. n.23. 24. § 25. to.1.

14 Fusar. de substit. quæst.387. num.2. § 3. ibi:
*Pro hac sententia primo facit, quia ius primoge-
nitura est transmissibile ad filium primogenitum,
qui filius eo ipso, quod moritur pater efficitur pri-
mogenitus ipsi avo, quoad effectum succedendi in
primogenitura, tam ratione representationis pa-
tris sui, quam ratione iuris primogenitura in se
transmissi, ita Moder. Paris in Consuet. Paris.
part.1. §.8. glos.3. num.5. Secundò, ius filij non po-
test dici extinctum cum persona patris sui, uti ius
bené formatum, & distinctum ab ipsa filiatione,
ita dicit Farinac. dict. decis.395. ubi allegat Bald.
in l. is potest, ff. de acquirend. hered. & ib Alex. &
Iason.*

15 Tondut. quæst. civil. tom.1. cap.89.num.3.
§ 4. ibi: *Et ratio est, quia filius primogenitus,
statim ubi natus fuit acquisivit ius primogenitu-
ra & radicatum quod transit ad liberos, qui cù patre
sunt una caro una utriusque vox, & alter alterius
pars adeo, ut potius ex iure proprio, nepos patris*

locum subintret, quam ex iure representationis,
 & mortuo patre, filius eius primogenitus tanquam
 existens de linea primogenitorum patrum exclu-
 dat, qui respectu illius linea est collateralis, cum
 in primogenituris, lineam rem sequi opporteat,
 quae statim fuit admissa ad ius formatum ubi pa-
 ter primogenitus natus est, &c.

16. Cancer. var. part. 3. cap. 21. num. 295. &
 296. & pricipue num. 297. ver. Nam statim, &
 num. 298. ibi. Nam statim quod quilibet ex pri-
 mogenitis in infinitum nascitur statim cum iure
 primogenitura acquiritur ei spes quadam certa, et
 incommutabilis, & formatam ad succedendum in
 maioratu, suo loco, & tempore, ita ut si contingat ip-
 sum mori ante patrem dictum ius succedendi, &
 spem formatam ad eius primogenitum transmit-
 tat, ut voluit Alberic. in proem. ff. §. discipul. nu.
 22. Bellamer. decis. 717. num. 6. & decis. 723. num.
 17. ad fin. Oldrad. consil. 224. nu. 27. & seq. Abba.
 consil. 85. num. 2. lib. 1. Tiraquel. de primoge. quest.
 21. num. 7. & quest. 43. num. 14. & quest. 40. nu.
 69. & 93. Mier. in tract. de maiora. 2. par. in ini-
 tio nu. 65. Gregor. Lopez. in l. 9. tit. 7. part. 2. ver.
 De linage. Prapos. in cap. 1. num. 8. de feud. Mar-
 chia, quos retulit, & sequutus fuit Molin. de His-
 pano. primog. lib. 3. cap. 6. nu. 36. Addo Ludovic.
 Velazquez ad l. 40. Tauri, glos. 17. pertot. ubi
 dicit sufficere, quod pater habuerit aliquo tempore
 qualitatem primogeniturae, licet ante delatam sibi
 successionem moriatur, ut filius ab eo relictus tem-
 pore evenientis successionis superstes, ex ea pri-

mo-

*mogeniturae qualitate ad se transmissa patruum
excludat.*

17 Concluditur igitur ex prædictis, dispositionem testamentariam dicti Egregij Vicecomitis don Petri locum habuisse in favorem dicti Illustris Marchionis de Rupit, & Vicecomitis de Ioch sequuta morte dicti Vicecomitis don Antonij primi hæredis vocati, tūm quia dicta domna Maria, mater dicti Marchionis, ex tribus filiabus dicti Vicecomitis don Antonij positis in conditione fuit primogenita, & transmisit ei qualitatem primogenituræ, tūm quia ipse Marchio eit filius masculus, & primogenitus dictæ domnæ Marie, & similiter positus in conditione, tanquam ex liberis dicti Vicecomitis don Antonij avi sui, & sic concurrere in eius persona qualitates primogenituræ, & masculinitatis, cum quibus fuerunt vocati expressè filij, seu liberi vltiorum substitutorum, qui cum eisdem qualitatibus influxerunt vocacionem filij, seu liberis dicti Vicecomitis don Antonij positis in conditione, ac per consequens cum iure proprio, & ex propria persona successerit dicto Vicecomiti don Petro proavo suo, remanet totaliter exclusa dicta exceptio carentie actionis, seu sine actione agis.

Exceptio rei iudicata.

18 **I**LLUSTRIS pars alia fundat exceptionem rei iudicatæ dicens, presentem littem inchoataam fuisse per dictum Egregium Viceco-

B2 mi-

mitem don Petrum, in qua prætendebat sibi adiudicari medietatem dictæ Baronie de Gelida in vim fideicommissi in sui favorem appositi per dictam domnam Annam Despalau, & Erill, in, & cum dictis capitulois matrimonialibus in hitis inter ipsam, & don Herricum Despalau virum suum
21. Aprilis 1547. dictamque causam prosequutam fuisse per dictum Vicecomitem don Antonium eius filium, in eaque latam fuisse sententiam 13. Februarij 1625. per Magnificum Franciscum Gamis, qua fuit impositum silentium perpetuum dicto Vicecomiti don Antonio in dicta prætensione, & cū fuerit prolata contra hæredem gravatum nimis dictum Vicecomitem don Antonium, & sic à iure omnibus fideicommissarijs nocuit, & alias ab ea, non fuerit supplicatum, transiit absque dubio in rem iudicatam, & sic obilitare huic Illus. parti exceptionem rei iudicatae, cum concurrent tria requisita seu idemtitates, nimis personarum saltem representativæ, rei, & actionis, & consequenter, non potuisse dictum Illustrem Marquionem hanc causam suscitare.

19. Cæterum, in occurrenti casu, non habere locum dictam exceptionem, immo totaliter repellendam esse patet ex multis. Primò, quia licet regulariter sententia lata contra hæredem gravatum seu fideicommissarium, qui primum locum obtinent in defendendo, alijs vocatis in fideicommisso noceat, & si ab ea, non fuerit appellatum, seu supplicatum exceptionem rei iudicatae pariat, Cancer variar. part. 2. cap. 16. nu. 100. Fontanell. decisi. 594.

num.

13

num. 4. cum multis, late Castillo controv. iur. lib. 5.
cap. 157. à num. 11. ad 25. Molina de Hispano. pri-
mog. lib. 4. cap. 8. nu. 3. 4. & 5. Fular. de subst. quast.
622. à num. 1. Attamen vnanimiter concordant Do-
ctores supradictam regulam limitari, quando hæ-
res gravatus, seu fideicommissarius contra quos
est lata sententia non appellarunt, seu supplicarūt
à dicta sententia, aut si forsan appellassent, seu sup-
plicasent, postea appellationi, seu supplicationi re-
nuntiasent, immō dictis in casibus, & quolibet illo-
rum licitum est sequenti fideicommissario in cau-
sa non citato appellare, seu supplicare à dicta sen-
tentia, quando de illa notitiam habuit, Peregr. de
fideicom. artic. 53. nu. 59. Censal. ad dict. artic. 53.
ver. Hac conclusio primo declaratur, Amat. resol.
iur. part. 2. resolut. 79. à nu. 22. & praecepit nu. 25.
Mieres de maiorat. part. 4. q. 14. ex nu. 62. ad 75.
& nu. 90. & alij relati à Castillo controv. iur. lib. 5.
cap. 157. n. 27. & 38. tom. 6. Salgad. de Reg. protect.
part. 4. cap. 8. num. 337. Andreol. contro. foren. con-
tro. 157. nu. 5. & 6. Lara. compend. vita hominis,
cap. 20. nu. 55. & 56.

20 Fonta. tom. 2. decis. 595. nu. 4. circa mediū,
ibi: *Quod potest dici est, quod victus non potuit*
successoribus praējudicare cū sua omissione suppli-
cationis, vel renuntiatione iam interposita, si sen-
tentia erat iniusta, & in ea prætendebatur grava-
men, & ad hunc effectum concedunt iura successo-
ribus posse appellare, vel supplicare intra decim à
die notitia, &c. & num. 9. ibi: Ratio est clara, quia
in hoc casu præindictum solum consideratur in non

ap-

appellando, vel appellationem prosequendo: sufficit ergo, quod in hoc subveniat lex istis successoribus, ut scilicet, vel appellationem ubi est possint prosequi, vel si non est noviter appellare, &c. & infraius num. 13. ibi: In casu autem nostro, si victus non appellavit, vel appellationi iam interposita renuntiavit, quid volunt successores? Quod eis non fiat praetudicium, id iura ipsis non denegant, appellant, et si non faciunt paenam sua negligentia luant.

21 Molin de Hispano. primog. dict. lib. 4. cap. 8. nu. 10. ibi: Id ipsum etiam pari ratione dicendum erit, quando maioratus possessor qui littem etiam diligentissime, ac bona fide prosequutus fuit à sententia contra ipsum lata non appellavit, seu supplicationem ab illa non interposuit eo casu, quo non appellationi, sed supplicationi locus erat: vel appellationem, seu supplicationem iam interpositam deseruit. In his namque casibus expeditissimum est, sequentem successorem posse appellationem, vel supplicationem interponere, vel alias à maioratu possessore desertas, eius negligentia non obstante, prosequi.

22 Don Ludovi. à Peguer. decis. 121. num. 3. ver. Et adeo, circa medium, ibi: Præterea detegitur fraus, & collusio, quando possessor, qui littem etiam diligenter, & bona fide prosequutus fuit, à sententia contra ipsum lata non appellavit, seu supplicationem ab illa non interposuit, eo casu, quo nō appellationi, sed supplicationi locus erat: vel appellationem, seu supplicationem iam inter-

po-

15

positam deseruit. In his namque casibus expeditum est, sequentem successorem posse appellacionem, vel supplicationem interponere, vel illas à possessore desertas eius negligentia, non obstante prosequi Alex. in l. filius familias, §. divi, nu, 9. ff.
de l. i. & c. insimilis b. 159 folios iam ab
- 110 -

23 Vnde cum non constet dictum Vicecomitem don Antonium heredem gravatum à dicta sententia supplicasse, prout ita fatetur Illustris pars alia, sequitur licuisse huic Illustri parti Marchionis de Rupit immediati fideicommissarij vocati per dictum Vicecomitem don Petrum à dicta sententia supplicare, quando de ea notitiam habuit, & consequenter minimè ei officere exceptionem rei iudicatae.

24 Nec officit quod ab Illustri parte adversa ponderatur, nimirum nos non versari in terminis dictæ Theoricæ, ex quo dictus Illustris Marchio de Rupit, non venit vocatus ad dictum fideicommissum resultans ex capitulis matrimonialibus dictæ domnæ Annæ Despalau, & Erill, cum don Henrico Despalau, ordinatum per dictam dominam Annam, cum non fuerint vocati descendentes dictæ domnæ Mariæ de Erill sororis dictæ domnæ Annæ, sed tantum dicta domna Maria, aut suus hæres, seu successor vniuersalis in defectum filiorum, & descendientium dictæ domnæ Annæ.

25 Quia respondetur negari non posse, dictum Marchionem de Rupit esse successorem vniuersalem dictæ domnæ Mariæ per medium personam dicti Vicecomitis don Petri, filij, & hære-

dis

dis sui, & proavi dicti Marchionis, in vim fideicommissi appositi in testamento dicti Vicecomitis don Petri, ut latè supra demonstravimus, in exclusione exceptionis, *sine actione agis*, & consequenter successisse dictæ Baroniæ de Gelida vigore fideicommissi appositi per dictam domnam Annam Despalau, & Erill in dictis capitulis matrimonialibus, cum vt diximus, in defectum omnium descendantium dictæ domnæ Annae (propterea defec-
runt) vocata esset ad dictum fideicommissum dicta domna Maria, seu eius successor universalis.

26. Et quando supradicta non procederent (quod negatur) negari etiam non poterat dictum Vicecomitem don Petrum iure proprio, (vti heredem, & successorem universalem dictæ domnæ Mariæ matris suæ) successisse dictæ Baroniæ virtute fideicommissi appositi per dictam domnam Annam in dictis capitulis matrimonialibus, dictumque Vicecomitem don Petrum fideicommissum similiter ordinasse, quod locum habuit in favorem dicti Illus. Marchionis de Rupit post mortem dicti Vicecomitis don Antonij heredis gravati, atque idem actionem quam intentavit dictus Vicecomes don Petrus ad vendicandam medietatem dictæ Baroniæ à dictis Nobilibus coniugibus don Francisco, & domna Angela Tort, vigore dicti fideicommissi appositi per dictam domnam Annam in dictis capitulis matrimonialibus, translatam absque dubio fuisse dicto Illustri Marchioni de Rupit, vti fideicommissario dicti Vicecomitis don Petri

rba-